Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aliquam regionem. Qui et submit
tentes bolidem inuenerunt passus
uiginti. et pusillum ꝫ. separati in ue
nerunt passus xv. Timentes autem
ne in asperra loca incideremus de pup
pi mittentes anchoras quatuor op
tabant diem fieri. Nautis uero quen
dam fugere de nauigio cum emissem
scapham in mare sub occasu quasi
incipere proa anchoras extendere
dixit paulus centurioni et militibus
nisi hi in nauigio manserint uos salui
fieri non potestis. Tunc abscidunt
milites funes scaphe et passi sunt eam
cadere. Et cum lux inciperet fieri
rogabat paulus omnes sumere cibum
dicens. Quartadecima dies est hodie
quod expectantes ieiuni permanetis
nihil accipientes. propter quod rogo
uos accipere cibum pro salute uestra
quia nullius uestrum capillus de ca
pite peribit. Et cum hec dixisset su
mens panem gratias egit deo in con
spectu omnium. Et cum fregisset cepit
manducare. Facti sunt omnes et ipsi sumpserunt
cibum. Erannus uero uniuersi anime
in nauigio CC.re lxxvii et satiati cibo
alleuiebant nauem iactantes tri
ticum in mare. Cum autem dies fie
ret terram non agnoscebant. Sinu
mum uero quidem considerabant
hinc litus ad quem cogitabant
si possent eicere nauem. Et cum autem
anchoras sustulissent commitebat
se mari simul laxantes iuncturas
gubernaculorum. et leuato artemo
one secundum aure flatum tende
bant ad litus. Et cum iam incidis
semus in locum bicalassi ubi duo
maria conuenebant impegerunt
nauem et proa quidem fixa mane
bat in mobilis puppis uero soluebat
a ui maris. Militum autem
consilium fuit ut custodias occide
rent. ne quis cum enatasset effuge
ret. Centurio autem uolens seruare
paulum phibuit fieri. Iussitque eos
qui possent natare mittere se in
mare et primos euadere et ad terram
exire et ceteros alios in tabulis
ferri. quosdam sup ea que de nauigio
essent. et sic factum est. ut omnes
anime euaderent ad terram.

Et cum XXVIII
euasissemus tunc cognoui
mus quia mitilene in
sula uocabatur. Barbari uero pres
tabant non modicam humanitatem
nobis. Accensa enim pira refrigerabat
omnes nos propter imbrem qui imm
nebat et frigus. Cum congregasset
autem paulus sarmentorum aliquantam
multitudinem et imposuisset super
ignem uipera cum ardore pres
sisset in uasit manum eius. Vt
ergo uiderunt barbari pendentem
bestiam in manu eius ad inuicem
dicebant. Vtique homicida est ho
mo hic. qui cum euaserit de mari ulcio
diuina eum non sinit uiuere. Et
ille quidem excutiens bestiam in
ignem nihil mali passus est. At
illi existimabant eum in tumore